

dicitur a porro id est longe et attendo. quasi longe tendens
Etrusca. id est tuscia: que sic dicebatur ab etrusco
principe: sed ante tyrenia a tyreno principe: sed nunc di-
citur tuscia a thure. sicut dicit ysidorus. **A**d cuius euiden-
ciam nota quod in regno lydie duo fratres fuerunt scilicet
lidius & tyrenus: quibus cum illud regnum sufficere non
posset. piecerunt sortes quis eorum cum parte populi regnum
exiret. & sortes ceciderunt super tyrenum: qui venit ad
tusciam: a quo dicta est tyrenia. tandem etrusca (ut dic-
tum est). Ideo in quibusdam cronicis tuscia dicitur
lidia. lydia pro eo quod ipsam lidi inhabitauerunt. **P**risco
etiam instituto &c. **H**ic (ut dicebatur) modos sacrifi-
candi distinguit ad cuius intelligentiam sciendum. quod deus
secundum antiquorum ritum multipliciter colebatur: sed
specialiter quatuor modis. **P**rimus modus erat. Cum tem-
plum alicuius dei intrabant & seipsum ac sibi coniunctos
deo commendabant. Et istum modum tangit Valerius cum
dicit. **P**risco etiam instituto &c. id est antiquo rebus
diuinis opera datur cum aliquid supple deo commendan-
dum est. Dicit autem opera & non opus. quia opus dicitur
res facta: sed opera dicitur actio rei ipse labor. & sic accipi-
tur hic. **S**ecundus modus erat cum precibus multis effu-
sis deo aliquid petebant. Et istum tangit cum subdit.
Precacione &c. Tunc etiam datur opera diuino cultui cum
precacione exposcendum est aliquid supple a diis. **T**ercius
modus erat cum soluebant vota promissa. & cum reddeban-
tur gratie: & etiam fiebant gaudia de preteritis. ut possent
inquirere de futuris. Et hunc modum tangit. cum dicit
Voto cum soluendum gratulacione. id est quoniam. scilicet gaudiose et
letantur vota soluebant. **Q**uartus modus omnibus solem-
nior & famosior erat. quoniam deus cum intestinis animali-
um. vel sortibus honorabatur. Et iste modus seruabatur.
quoniam aliquod multum arduum erat agendum. ut infra pa-
tebit. & hunc modum tangit cum addit. Cum inquiren-
dum. lege sic. **I**tem alio modo a predictis rebus diuinis
opera datur cum scilicet sacrificio solemniter aliquid supple